Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOB

Anime eius nunti. etiam amara dulcia
videntur. Quae prius nolebat tangere
anima mea. nunc pro angustia cibi
mei sunt. Quis det ut veniat peti
tio mea. et quae expecto tribuat mihi deus:
Qui cepit me deterat. solvat ma
nus suam et succidat me. et hoc mihi
sit consolatio ut affligens me dolore non
parcat. nec contradicam sermonibus sancti. Non
enim fortitudo mea ut sustineam. aut
finis meus est ut patienter agam.
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea:
nec caro mea enea est. Ecce non est au
xilium mihi in me. necessaria quoque
mihi recesserunt a me. Qui tollit ab
amico suo misericordiam timorem domini dere
linquit. fratres mei praeterierunt me. sicut to
rrens qui raptim fluit in vallibus.
Qui timent pruinae. irruet super eum
nix. Tempore quo fuerint dissipati peribunt.
et ut incaluerint solventur de loco suo.
Innolvuntur semitae gressuum eorum:
ambulabunt in vacuum et peribunt. Con
siderate semitas theman. turma saba.
et expectate paululum per. Confusi sunt
quia speraverunt. venerunt quoque usque ad
me. et pudore cooperti sunt. Nunc
venistis. et modo videntes plagam me
am timetis. Numquid dixi. affer mihi.
de sua vera donate mihi. vel liberate
me de manu hostis. et de manu robus
torum eruite me. Docete me. et ego tace
bo. et si quid forte ignorans intervenit me
Quare detraxistis sermonibus veritatis:
cum eo vobis nullus sit qui possit ar
guere me. ad increpandum tuba
sonantis. et invenit tuba. Pro
pugnaculum erexistis. et subvertere in
timum amicum vestrum. Vinum quoque expleti
s explete. plenum autem vinum dabit am
ego mentiar. Vindicet obsecro absque
ratione. et loquatur id quod iustum est
iudicate. et non iniquitas in lingua mea
inquitate. nec in faucibus meis sti

stultitia personabit. Caput. VII.

Militia est vita hominis super terram.
et sicut dies mercenarii dies
eius. Sicut servus desiderat umbram
et sicut mercenarius praestolatur
finem operis sui. sic et ego habui men
ses vacuos. et noctes laboriosas enu
meravi mihi. Si dormiero dicam
quando surgam. et rursus expectabo vesper
am. et repleor doloribus usque ad tene
bras. Induta est caro mea putredine
et sordibus pulvis cutis mea arruit et
contracta est. Dies mei velociores fuerunt
quam a texente tela succidor. et
consumpti sunt absque ulla spe. Memen
to quia ventus est vita mea. et non
revertetur oculus meus ut videat bo
na. nec aspiciet me visus hominis.
oculi tui in me. et non subsistam. Sicut
consumitur nubes et pertransit. sic qui
descenderit ad inferos non ascendet.
nec revertetur ultra in domum suam.
neque cognoscet eum amplius locus
eius. Quia quoque et ego non parcam
ori meo loquar in tribulatione spi
ritus mei. confabulabor cum amaritudine
animae meae. Numquid mare sum ego
aut cetus quia circumdedisti mihi
carcerem. Si dixero consolabit me lectus
meus. et relevabor loquens mecum
in stratu meo. terrebis me per somnium
et per visiones horrore concutis. Ad
eo ut elegerit suspendium anima me
a. et mortem ossa mea. Desperavi.
neque ultra vivam. Parce mihi domi
ne. nihil enim sunt dies mei. Quid est
homo quia magnificas eum. aut
quid apponis erga eum cor tuum.
Visitas eum diluculo. et subito probas
illum. Usque quo non parcis mihi. nec
dimittis me ut glutiam salivam
meam. Peccavi. quid faciam tibi.
O custos hominum. cur me posuisti
contrarium tibi. et factus sum mihi met ipsi